



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Dubium III. An satisfaciat præcepto, qui faciens opus expresse intendit per illud non satisfacere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42634

Ratio, quia *vota*, &c. sunt leges quasi particulares,
 quas homo sibi, vel alteri imponit, unde tantum
 obligant ad substantiam actus. *Suar. Azor. Less.*
Laym. num. 7.

693

DUBIUM III.

*An satisfaciat praecepto, qui faciens opus, ex-
 presse intendit per illud non satisfacere.*

R Esp. Satisfacit. *Suar. Val. Vasq. l. c. & Less. l.*
2. c. 7. dub. 10. contra Navar. Azor. &c. Ratio
 est quia praecepta tantum obligant ad substantiam
 operis inuncti; ergo illa posita non est in potesta-
 te operantis, ut non satisfaciat. Nec refert, I. quod
 actus non operentur ultra intentionem agentis,
 quia id intelligitur, quando est in potestate ope-
 rantis, v. g. satisfacere, vel non. Nec 2. quod qui
 debet alteri centum, non satisfaciat obligationi, si
 liberali donatione det ducentos: Nec 3. quod vo-
 to obligatus ad recitandum rosarium, si recitet anti-
 mo non implendi, non satisfaciat. Ratio, quia haec
 & similes obligationes proveniunt ex voluntate
 promittentis, qui, sicut ab initio debitorem se liberè
 constituit, sic in debito liberè permanere potest:
 obligatio autem parendi legi, provenit ex volunta-
 te legislatoris; ideoque non extenditur ultra ejus in-
 tentionem & voluntatem, nempe ultra substan-
 tiam operis praecepti. *Kôn. n. 309. v. Less. l. c. &*
Laym. hic. unde resolvuntur sequentes Casus:

I. Sacerdos, qui legit Horas, non eâ devotione,
 quâ voluit, ideoque proposuit, ad satisfaciendum
 praecepto, repetere, etsi deinde non repetat, satisfacit
 tamen praecepto. *Suar. Kôn. Lugo &c.*

II. Audiens Sacrum die festo, quod scit esse ulti-
 mum, (vel, si non sit ultimum, intendens non
 audire aliud) licet intenderit non satisfacere, verè
 tamen

tamen satisfecit præcepto de audienda Missa, et si peccarit contra aliud præceptum, quo quis tenetur esse subditus legislatori. *Lugo l. c.*

III. Is, qui Sacrum audivit die festo, legit Horas Canonicas, absolvit poenitentiam Sacramentalem, cum animo non satisfaciendi, non tenetur postea mutare voluntatem, ut velit per præcedens opus satisfecisse: quia verè satisfecit, *Sanch. Salas, d. 9. n. 33. Lugo de Euch. di. 22. s. 2. n. 12. contra Suar.*

Opponi potest, quod dicitur Reg. 88. Juris in 6. *Certum est, quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.* R. Sensus est eum peccare contra legem, qui licet hanc impleat, tamen contemnit, & paratus est non implere, nisi aliunde ad implendum moveretur.

DUBIUM IV.

694

An ad impletionem Præceptorum requiratur intentio, seu voluntas faciendi id, quod præceptum est.

Resp. Quòd sic: Ratio est, quia cum lex detur hominibus, non brutis, ideoque humano modo sit implenda, hinc impletio omnis præcepti, sive humani, sive divini, debet esse actus humanus conjunctus cum libertate & voluntate operantis, id est, ut velit sive intendat facere hoc, quod est præceptum; v. g. audire sacrum, jejunare &c. Est communis. *Vid. Vasq. 1. 2. q. 100. a. 9. Suar. Sanch. Vnde resolvuntur hi Casus:*

I. Qui audivit sacrum die festo ebrius, dormiens, aut impos sui quomodocunque, aut nescius quid aggrederetur aut vellet facere, tenetur postea compos sui factus, audire aliud sacrum. *Suar. Sanch. Salas d. 9. num. 32.*

B b 4

II. Is,